

DISPV TATIO FEVDALIS
SECUNDA:

EX PRIMO LIBRO

SCHOLARVM FEVDA-
LIUM DESUMTA:

ET IN INCLYTA ARGENTO-
ratenium Academia publici exercity
causa proposita.


a

GEORGIO OBRECHTO IC.

Respondente:

M. VALENTINO STEINMETZ
LIPSICO.

Disputabitur mense Martio.



ARGENTORATI

Exudebat Antonius Bertramus, Anno
M. D. XCVII.

MAGNIFICA PRAE-

STANTIA, NOBILI VIRTUTE,
EXIMIÆ ERUDITIONIS COPIA, ELO-
quentia, auctoritate, a longè rerum usu & expe-
rientia excellentissimo viro, Dn. DAVIDI PE-

FERO LIPSENSI &c. I. V. D. & illustris-
fimi Septemviratus Saxonici
Cancellario,

Studiorum meorum Mecœnati S. P. D.

Vm æstate superiori post relictam MAR-
PURGENSEM Academiam, uberioris ego
ingenij cultus in LL. scientia capiendi yoto,
aliam studiorum sedem quærere constituis-
sem, & itineris mei ratione sic ferente FRANC OFUR-
TUM ad Mœnum ingressus essem, commodùm & fe-
lici quodam fato meo contigit, ut Magnificentiam
tuam legatione publica summo cum honore ibidem
attentam, offendere, & occasione communis hospi-
tij, in cognitionis & notitiæ tuæ partem aliquam beni-
gnè reciperer ac pervenirem. Quo quidem tempore ita
grata mihi acceptaq; accidit in summa gravitate sum-
ma comitas tua, ut post unum alterumq; inter nos ha-
bitum sermonē, illam non modò prædicatione omni-
um majorem esse ipse senserim: Verùm etiam tu ani-
mum meum in certissimam de perpetua tua bonitate
spem arrexeris, & eam mihi fiduciam conciliaris, ut vel
in primis te numerare posthac debeam, à quo studio-

rum

rum meorum commoda aliquando promoveri, aug-
ri & ornari maximè possint. Etenim si tūm temporis
ultrò & nullo meo provocatus merito, pro (quod in
minimis tuis laudibus est) variarum linguarum, omnis
historiæ totius Philosophiæ, utriusq; juris, magna co-
gnitione tua sapienter & utiliter commemorando ex-
ponere, & rudi mihi ac rāv uāg τ βιον περὶ εὐωνίας περίων
indicare non dubitaris, quibus in regionibus & qua ra-
tione omnis generis præstans & politæ doctrinæ copia,
cum civilis prudentiæ adminiculo salutari conuncta,
acquirenda & comparanda sit: simul etiam pro cando-
re animi tui, & (qua maxima ac pulcherrima in te virtus)
pro publici boni ardenterissimo amore, & patriæ cōmo-
dorum respectu, me vehementer cohortatus sis, ne in-
genij illa dona, quantumvis perexiq; quæ magnus ille
Deus in me contulisset, tanquam immotam aquam
turpiter fordescere paterer, sed hoc ætatis meæ flore, hoc
virium robore: assiduitate diligentiae & industriæ cona-
tu indefesso fideliter excolerem: Quantò magis t'perare
ausim, si quæ in studijs per benignam Dei concessionē
Operæ precia progressu temporis fecero, ea tibi probari
posse & egregij favoris ac promotionis tuæ auxilio ad
juvari debere. Non, n, tu is es, qui, quod isti hodiè Var-
rones solent, juniorū industriæ invideas: verum illum
apud LIVIUM & nem, unicè imitandum tibi proponas,
qui & ipse se glorię juniorum succrevisse meminerat, &
ad tuam gloriā consurgentis alios latus aspiciebat. Ego
verò, quanquam de me nihil singulare, sed omnia me
diocria, vel etiā infra mediocritatē, possum polliceri; ad-
eoq; ab omni cùm laude ingenij, tūm industriæ facul-

A 2 tate,

tate, abesse me quam longissimè sciā. Tamen ut animū
meum ab utilium in Vita rerū cognoscendarum cupi-
ditate nihil abhorrere, sed eundē, ut potè salutariū mo-
nitionum, & non vani augurij M. tux, memorem, inq;
laudandas artes & scientias intentū esse, publico aliquo
documento significē & evidenter probem: Facilē passus
sum præsentis disputationis, de materia per se quidem
pulcra, sed admodū difficiili, quaq; non tantum apices
& thesauros principum, sed etiam sapientum virorum
ingenia & calamos omni ætate mirabiliter exercuit
provinciā, in me à præstantiss. ICto GEORGIO OBRECH-
TO, Antecessore huius Academiæ primo ac præcipuo,
derivari. Eam disputationē, nomini tuo, omniū in pa-
tria nostra hominū ore & stylo, illustri, meritissimò de-
dicamus, persuassissimum quidem habentes, & modis
omnibus obsecrantes, ut hanc publicā boni animi cul-
tusq; mci in M. T. significationem & compellationem
pro tua bonitate boni consulas, nec fallas opinionem
quā semper habui de te: amicitiā olim cum patre meo
τῷ ἀγρίῳ, MAURICO, Medico & Professore in cōmu-
nis patriæ Academia, cultā: benevolentiam etiā fratribus
& cognatis meis sæpè exhibitā: favorē deniq; & prædi-
candam benevolentiam mihi nuper in proximo con-
gressu nostro prolixè ostensam perpetuò duraturam &
indies vires & incrementa assumturā esse. Valeat T.M.
& patriæ nostræ commodis & utilitati publice, pristino
salubrium consiliorum suorum tenore, diutissimè
profit & præsit. Dat. Argentinæ, Mense Febr, exeunte.
Anno M. D. XCVII.

T. M. addic̄tissimus

RESPONDENS.

DIPVTATIO SECUNDA:

EX PRIMO LIBRO SCH- LARVM FEVDALIVM desumpta.

DE FEVDI DIVISIONE & varijs distinctionibus.

CAPUT QUINTUM.

N superiori disputatione due cognitionis qua-
stiones, An sit jus feudorum, & quid sit feu-
dum, explicatæ sunt.

2. Deinceps ad tertiam questionem progre-
diemur, & quotplex Feudum sit, ostendemus.

3. Definitioni enim recte subiectar Divisio: Quia ut de-
finitio, quid res sit, explicat: Ita divisio, qualis sit, demon-
strat, & rem, qua prima fronte una videtur, in sua membra
partitur.

4. Etsi autem in dividendis feudis tot penè sint opinio-
nes, quot capita, ut affirmat Curt. Iun. de feud. p. 1. q. 8. in pr.
cum alijs duas, alijs quatuor, alijs quinq; alijs sex, alijs septem, alijs
octo. alijs decem, alijs undecim, alijs duodecim, alijs tredecim, alijs
septendecim, alijs viginti, alijs viginti duas constituerint, no.
Curt. Iun. d. loco. Dn. Vult. de Fend. lib. 1. c. 8. n. 1. & Nicol. In-
trigol. de F. q. 21. n. 1.

5. Etsi quoq; difficile valde sit, eam ponere divisionem,
qua per omnia regulis Dialecticorum conveniat, cum totum
jus Feudorum ab ijs compilatum sit, qui non ad artem, sed
magis ad receptas consuetudines respexerunt:

6. Tamen docendi causa commodiis nobis videtur, ut
A 3 bimem-

bimembrem, i.e. in duas constitutam divisionem: Et hanc iterum ex variis respectibus distinguamus. Ut ita ab Interpretibus introducta, & longo usu approbatæ distinctiones, eò melius tradi, & traditæ cognosci possint.

7. Vnde dicimus Feudum, i.e. in duo genera non male deduci, nempe in Proprium & Imperium. sec. Curt. Iun. de F. d. q. 8. n. 1. & 27. Ferrar. d. F. libr. 1. c. 6. Sonsbec. de F. p. 3. n. 1. Vesenbec. de F. c. 2. n. 1. & Mozz. de drvis. Feudor. n. 31. Hæc enim divisio certo feudorum jure probatur libr. 2. F. tit. 33. & tit. 48.

8. Nec ab hac divisione illa dissentit, qua Feudum aliud Rectum, aliud Non rectum esse dicitur, lib. 2. F. tit. 33. & notwithstanding V. Resenb. de F. c. 2. n. 2. Schrad. de F. p. 2. c. 3. pr. & D. Vult. de F. lib. 1. c. 8. n. 37.

9. Etsi enim Rectum feudum varijs modis dicat, ut no. Curt. Iun. de F. d. p. 1. q. 8. n. 18. Nunquam tamen imperium, sed semper est proprium feudum. Curt. Iun. d. q. 8. n. 18. & D. Vult. d. c. 8. n. 37.

10. Et hoc proprium feudum nobis jus esse videtur, ita à domino & vasallo constitutum, ut communem feudi rationem, lib. 2. F. tit. 2. §. ult. Vel propriam feudi naturam habeat, atq. retineat, lib. 1. F. tit. 7. Quodq. proprio jure feudi censeatur, lib. 1. F. tit. 1. §. ult. Et ut nos loquimur, Das eines rechten Lehnens eigenschaft hat.

11. Hæc communis feudi ratio, vel propria feudi natura, est qualitas quædam feudo à principio innata atq. indita: ex qua feudalis juris vis ac potest as proficiscitur.

12. Et regulariter semper feudo inesse intelligitur: Nisi contraria actio vel consuetudo probetur, lib. 2. F. tit. 2. §. ult.

13. Itaq. si quis, sive Dominus sit, sive vasallus, hanc communem

munem feudi rationem, vel propriam feudi naturam, mutant dicunt, ut id probet necesse est: Quia illi juris feudalis presumtio repugnat. d. tit. 2. §. ult.

14. Hæc autem communis feudi ratio, vel propria feudi natura, in variis juris feudalis regulis atq. sententijs constitut, quarum aliae ad causam efficientem, aliae ad materiam, aliae ad formam, aliae ad finem, aliae deniq. ad effecta feudi pertinent, de quibus plura in Scholis nostris.

15. Vnde videmus in Germanicis investituris, de communis feudi ratione, vel propriâ feudi natura, hanc clausulam apponi: Dar von er vnser getrewer Lehnenman sein sol wie er vns in trewen gelobt / vnd Lehenspflicht gehon hat / vnsern Schaden warnen / bestes werben / die Lehren trewlich verdiuen / denen / auch so oft sie zu fahl kommen / rechte folg thun / vnd sich damit halten / wie solcher Manuskripten gütter recht vnd gewonheit ist / no. Schneid. de F. p. 1. n. 36.

16. At proprium feudum varijs iterum respectibus distinguui potest.

17. Nam respectu causæ efficientis, primò distinguui potest, in feudum Nobile, & Non nobile vel Ignobile, libr. 2. F. tit. 10. ubi communiter notatur.

18. Nobile vulgo dicunt esse, quod annexam habet dignitatem, & quod eo ipso possessorem suum vel accipientem nobilitatem.

19. At non nobile vel Ignobile, quod nullam annexam habet dignitatem, nec accipientem nobilitatem, no. Alvarot. & communiter alij d. lib. 2. F. tit. 10.

20. Et in hoc omnes Feudistæ inter se cōvenire, omnesq. hoc affirmare dicit. D. Rosenthal d. F. c. 2. concl. 3. & Duaren. de F. c. 4. n. 8.

21. Vnde verò cognosci debeat, quod feudum accipientem nobilitet, non satis inter Feudist as convenit.

22. Alij enim ex tenore investiture, alij ex concessione jurisdictionis, meri, vel mixti imperij, alijs ex loci vel curia Domini consuetudine, alijs ex subditorum numero, & alijs ex qualitate & quantitate præstationum feudi id cognoscendum statuunt, quos allegant D.Vult.de F.lib.1.c.8. num.9. & D.Rosenthal de F.c.2.dvvis.3.

23. Et ita hi Feudum Nobile & Ignobile ab effectu definiunt, nempe quod accipientem vel nobilitet, vel non nobilitet.

24. Male: Quia nullo certo juris feudalis fundamento nuntuntur: Et quia nobilitas & ignobilis non rebus, sed personis cohærere, & non à rebus, sed à concedentis arbitrio dependere solent, no. D.Vult.de F.lib.1.c.8.n.9.

25. Qua de causa rectè Duarenus hanc opinionem non veram esse dixit in tr.de F.c.4.n.8.

26. Verior autem nobis illorum videtur sententia, qui feudum nobile & ignobile, ex causa efficiente estimandum, atq; definiendum putant, nempe, ab illo, qui tale feudum tribuit.

27. Feudum enim sua natura neminem nobilitat: Sed ut hoc fiat, necesse est, ut ab Imperatore, vel ab alio jus nobilitandi habente, pro nobili feudo detur, secundum Zaf.de F. p.2. n.5, Duaren. de F.cap.4. n.8. & D.Rosenthal. de F.cap.2. concl.6. Hoc est, ut ita detur, quod dans accipientem velit esse nobilem.

28. Exempli causa, in Imperio jus nobilitandi habent Imperator, Electores & Principes.

29. Ex quo, si quis ab his feudum pro nobili, h.e. ita accipit,

pit, quod dantes voluerint accipientem esse nobilem, is omnino fit nobilis: Quia cum dans potestatem & voluntatem nobilitandi habeat, rectè effectus, Nobilitas nempe, sequitur. In hujus enim signum res seu feudum conferri videtur.

30. At non idem est, si quis à Barone, vel ab alio, qui jus nobilitandi non habet, feudum accipit.

31. Etsi enim hic velit accipientem esse nobilem: Tamen voluntas est sine effectu, quia nobilitandi potestate destituitur.

32. Hac autem nobilitandi voluntas, vel ex investitura, eiusq; tenore apparet, vel non apparet.

33. Si apparet, res est expedita: Quia investiture instrumentum concedentis voluntatem satis probat.

34. Si vero non apparet, adhuc tale feudum nobile esse putamus: Quia cum ab eo proficiscatur, qui nobilitandi potestate habet (in quo casu hic loquimur) non male in dubio voluntatem quoq; adfuisse presumitur, no. D.Vult.d.c.8.n.9.

35. Et hoc eo casu magis obtainere arbitramur, quo aliae circumstantie adsunt, ex quibus haec presumptio confirmari possit: vt sit tale feudum non rustico sed viro patricio, vel Doctori, vel alijs de Repub. benè merito datum fuit.

36. Sic etiam haec presumptio eo casu erit fortior, quo possessio vasallus, longam annorum seriem numerare potest, qua feudum onusq; militiæ ci annexum, in familia sua residit, ait Cuiac.lib.2.F.tit.10.

37. Qui enim antiquius feuda possident, y facile nobiles esse creduntur, nisi contrarium appareat, d. tit.10. ubi n.o.

38. Et hoc est, quod Bald. in prælud. Feudd. Antiquum feudum, dixit, nobilitatem sapere, non novum, eò quod nobilitas in ictu oculi non nascitur.

39. Ita, his ita sc̄ habetibus, feudum nobile illud esse dici-
mus, quod alicui ab Imperatore, vel ab alio potestatem nobili-
tandi habente, ita datur, ut is nobilis fiat.

40. Hoc nobile feudum iterum cum Barone, lib. i. De be-
neſic. c. 3. & D. Vult. d. cap. 8. n. 10. in Regale & Non regale di-
ſtinguimus.

41. Regale feudum, est nobile feudum à principe, superio-
rem non recognoscēte, cum regali dignitate alicui conceſ-
sum, lib. i. F. tit. 14. & lib. 2. F. tit. 10.

42. Hujus generis est dignitas Regni, Electoratus, Ar-
chiducatus, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, no.
Schrader. de F. p. 2. c. 3. n. 3.

43. Et hoc feudum regale dicitur, quia investiti de hoc
feudo, summam & quasi regiam potestatem in ijs locis ha-
bent, quae ad hoc feudum pertinent, secundum Ferrar. Mon-
tan. de F. lib. i. c. 6. divisi. 3. quem sequitur Schrader. d. c. 3. n. 4.
Exceptis tamen ijs, qua Imperatori in signum supremæ po-
statis reservata sunt, no. Schrader ex Baldo, Ias. & Matth. de
Afflict. d. c. 3. n. 5.

44. In nostra lingua hoc feudum appellatur, Ein Fahnen-
lehen/ quia de eo vasallus investitur cum vexillo, no. Schra-
der. d. c. 2. n. 6.

45. Posset etiam nominari Ein Scepterlehen/ quia Ec-
clesiastici principes de eo cū sceptro investiuntur, no. Schnei-
denv. de F. p. 1. n. 30.

46. Non autem sufficit in hoc Feudo, Principem alicui
Ducatum, Marchionatum, vel Comitatum in feudum dare:
Sed præcipue requiritur, ut ei Dux, vel Marchionis, vel Co-
mitis dignitatem tribuat.

47. Primo enim à Principe quis Dux, Marchio vel Co-
mites

mes creatur: Et postea, in signum concessæ dignitatis, ei Du-
catus, Marchionatus vel Comitatus, h.e. provincia aliquas
que ex dignitate alicui collata ita vocatur, in feudum con-
fertur.

48. Nam provincia ex hominis dignitate, & non homo
ex dignitate provincie nomen mutuatur: Et dignitas perso-
na, non rei cohæret.

49. Qua de cauſa defuncto in dignitate, nemo ullo modo
heres fuit. Nemo enim in feudo regali olim succedit, nisi id
ab Imperatore, vel rege, de novo per investitutam acquiesce-
rat, lib. i. F. tit. 17.

50. Nec repugnat, quod Obertus de Orto, eum, qui à
principe, de Ducatu aliquo investitus est, Ducem more solito
vocari, qui de Marchia Marchionem dici, qui vero de Comi-
tatu, Comitem appellari adfirmat, lib. 2. F. tit. 10.

51. Non enim inde inferri debet, ideo quem Ducem, vel
Marchionem, vel Comitem esse, quod de Ducatu, Marchiona-
tu, vel Comitatu investitus sit:

52. Sed potius dicendum, bac de cauſa Ducem, Marchio-
nem, vel Comitem aliquem esse, quod à Principe Dux, Mar-
chia vel Comes creatus, & quod creato Duci, Marchioni
vel Comiti, provincia aliqua, sustinenda dignitatis cauſa,
data sit.

53. Hec autem provincia ab accipiente, vel Ducatus, vel
Marchionatus, vel Comitatus appellatur: Et inde propter
relationem, que est inter accipientem & provinciam, sit, ut
ille qui Ducatum habet, Dux, qui Marchionatum, Marchio,
& qui Comitatum, Comes vocetur, no. D. Vult. de F. libr. i.
c. 8 n. 10.

54. Et certè si dicimus à Ducatu, Marchionatu vel Co-
mitatu,

mitatu, & non ab Imperatore, Dualem vel aliam dignitatem, in accipientem transire: Non solum falsum erit, Regales dignitates ab Imperatore, tanquam à fonte, profluere:

55. Sed etiam sequetur, Ducatum, vel Marchionatum, vel Comitatum esse causam efficientem Ducis, Marchionis vel Comitis: Et majorem Ducatus, Marchionatus vel Comitatus, in creando Duce, Marchione vel Comite vim esse, quam Imperatoris: Quod est absurdum.

56. Vnde adhuc hodie videmus, Si Comites Ducatum, vel Nobiles Comitatum aliquem adipiscuntur, eos non statim appellari Duces, vel Comites: Sed tales primum ab Imperatore creari, & illis creatis, à Ducatus vel Comitatus possessione, nomen Ducis vel Comitis attribui. Et hec de feudo regali.

57. Non regale feudum, est feudum nobile, quod ab Imperatore vel alio, nobilitandi potestatem habente, sine regali dignitate alicui conceditur: Ut quis in specie tantum nobile fiat. d.lib.2.F.tit.10.pr.vers. Qui vero à principe.

58. Et ita in non regali feudo tria requirimus: Primum est, ut cōcedens nobilitandi potestatem habeat: Quia, si hanc non habet, non etiam nobilitatem alteri conferre potest. Nemo enim plus juris in alterum transferre potest, quam ipse habet. l.Nemo.54.D.de R.I.

59. Alterum est, ut etiam nobilitandi voluntatem habeat: Quia si hac abest, nihil potestas proderit.

60. Hac enim sine voluntate nulla parit effectum: Quia non sequitur, Hic nobilitandi potestatem habet, & Petro feudum contulit: Ergo illi nobile feendum dedit. Potuit enim etiam ignobile feendum concedere.

61. Et propterea hic illud vulgatum locum habere potest: Non probat hoc esse, quod ab eo potest abesse,

ut

ut no. Dd. in l. Neg. natales. 10. C. De probationibus.

62. Tertium est, ut is, qui tale feendum cōcedit, vasallum tantum velit esse Nobilem, non etiam Duce, Marchionem vel Comitem: Quia in hoc à regali feudo distinguitur.

63. Et ita nobilis in genere consideratus, sub se comprehendit nobilem in regali dignitate constitutum, & nobilem in specie, qui nimis regalis dignitatis expers est. Et hoc de feudo nobili.

64. Non nobile vel ignobile feendum id esse statuimus, quod sine nobilitandi voluntate alicui est concessum.

65. Et hoc voluntas vel est illius, qui nobilitandi potestatem habet, vel qui non habet.

66. Priori specie, tale feendum accipientem non facit nobilem: quia de dantis voluntate non constat. Feendum enim sine nobilitandi voluntate dedit.

67. Nec etiam posteriori specie: quia dantis potestas deficit.

68. Sola autem voluntas sine potestate nihil operari potest: alias sequeretur, Rusticum, si vellet, posse creare nobiles: quod est absurdum falso.

69. Et hoc feendum d.lib.2.F.tit.10.plebeium, & à Baldo in divis. feudor. Burgense vocatur: quam appellationem à Germanis sumisse videtur.

70. Nos enim hoc feendum Ein Bürger oder Bayrslehen vocamus, Schneidvv.de F.p.1.n.34. Et hoc de prima feudi distinctione.

71. Deinde respectu cause efficientis, feendum in vetus, seu paternum vel antiquum, & novum distinguitur lib.2.F.tit.3.in pr.tit.12.& tit.10.S.1.tit.14. & 15: quia ratione hujus cause, ita feendum appellari solet.

B 3

72. In

72. In nostra lingua hoc vocatur, Ein Altlehen / Ein
Alträtterlich oder Stainlehen.

73. Et licet sint, qui feudum vetus à Paterno & Antiquo, & rursus hęc inter se distinguant: Tamen nos ob sequentes rationes hac omnia pro uno habemus.

74. Nam primò, si feudum vetus vel Paternum, vel Antiquum, cum veteri confertur, nulla inter vetus vel Paternum vel Antiquum feudum est differentia, ut recte Egin. Baro affirmat lib.1. F. tit.8. §. Hoc quoq; & lib.1. De beneficijs cap.7.

75. Deinde jure feudorum, ita novum feudum opponitur veteri, libr.2. F. tit.3. pr. tit.32. & tit.91. Sicut opponitur patrono, libr.1. F. tit.15. pr. vers. Nunc quidem. & §. 1. Item lib.2. F. tit.11. §. ult. & tit.14.

76. Non ergò vetus & Paternum feudum inter se differre possunt: Sed potius illa feudi species his verbis exprimitur, quæ novo feudo opponi solet.

77. Tertio nusquam in jure Feudorum legitur, feudum paternum antiquo opponi: Cum ne quidem antiqui feudi ultra expressa sit mentio.

78. Quod enim lib.1. F. tit.10. illius beneficij seu feudi fit mentio, quod quis ab antiquis temporibus tenuit, id ad nobile feendum pertinet. & non ad illud, quod Novo opponitur.

79. Ex quo licet Interpretes velint, Paternum & Antiquum feendum inter se opponi: Tamen fatentur, in effectu eadem esse, & promiscue usurpari. Clar. in comm. sent. §. Feendum q.8. n.1. Sonsbec. de F. p.3. n.4. Rol. à Valle conf. 41. nu. 12. vol.2. & VV esenbec. de F. c.2. n.6.

80. Et sane interpretibus nullo modo concedere possumus, Paternum feendum illud esse, quod à patre, vel ab alio ascende-

dente, usq; ad quartum gradum est acquisitum, d. lib.1. F. tit.8. §. 1. Et antiquum feendum esse, quod acquisitum est ab uno ab ascendentibus, ultrà quartum gradum, ut communiter Feudist & notant, d. tit.8. n.1.

81. Potius enim paternum feendum id nobis dici videtur, quod eum à parentibus sive à superioribus descendit, lib.2. F. tit.50.

82. Sicut etiam in l. Patri. 20. l. Ad l. Iul. de adult. patres pro parentibus accipiuntur: Et in l. 4. §. Parentem. & in l. 1. §. Generaliter. D. de legat. prestat. parentes in infinitum appellantur.

83. Itaq; feendum vetus, paternum & antiquum nos pro eodem feundo habendum dicimus.

84. Hoc ita describi potest, quod sit, cuius causam vasallus non à seipso habet: Sed ab alio quoq; ascende velsuperiore, qui primus feendum acquisivit, lib.1. F. tit.8. §. 1. lib.2. F. tit.50. vers. Paternum.

85. Vnde etiam lib.2. F. tit.11. §. 1. Feendum paternum illud esse dicitur, quod fuit illius parentis, qui cius cognationis communis parentis fuit: Quia hoc feendum à primo acquirente, qui omnium agnatorum communis parentis est; ex origo, proficiuntur.

86. At novum feendum id nobis esse videtur, cuius causam acquirens vasallus, non ab alio, sed à seipso, & à domino concedente habet, lib.2. F. tit.12. & tit.32. vers. Novum.

87. Novum enim dicitur, quia de novo, & per novam investituram primò queritur, d. tit.32. vers. Novum.

88. Vnde Curt. Icn. de F. p.1. q. 8. n.6. novum feendum illud esse dicit, quod de novo alicui conceditur, & quod initium habet in persona primi investiti per d. tit.32. vers. Novum.

89. Idem

89. Idem sentiunt Decius consil. 44. n. 2. vol. I. ubi dicit, Feudum novum non procedere à successione: Et Ias. consil. 180. n. 2. vol. I. ubi feudum novum dici affirmat, quod non provenit à linea, vel successione progenitorum: Item Grat. consil. 4. n. 8. vol. I. ubi feudum novum illud dici ait, quando nulla alia præcessit investitura: vel in quo aliquis non habet causam ab alio.

90. Huius generis est feudum, quod frater à Domino accipit libr. I. F. tit. 1. § cum verò: item quod frater acquisivit libr. I. F. tit. 20. sive quod à fratribus initium habuit lib. I. F. tit. 8. §. ult.

91. Sic etiam huius generis est, si vetus aliquod feudum, ad Dominum reversum, ab eo, vel eidem qui antea habuit, vel alijs, nova investitura conceditur.

92. Non enim amplius antiquum, sed novum dicitur, ut Menoch. uno ore Dyn. Alvarot. Isern. Bald. Raymundum, Alex. Decium, Iacob. à S. Georg. & Paris. affirmare dicit consil. 104. n. 35. vol. I.

93. Item huius generis est, si bona allodialia antiquo feudo incorporantur, sec. Zaf. de F. p. 3. n. 8. & Schrader. de F. p. 2. c. 3. num. 63.

94. De his enim bonis vasallus, non ut de allodialibus, sed ut de feudalibus bonis, de novo à Domino investitur: Ut non male cum Baldo lib. 2. F. tit. 45. n. 19. in fin. dicamus, Novam causam, vel qualitatem, facere novum feudum.

95. Præterea huius generis est, Si prima investitura forma, per novas conditiones, novi pacta mutatur, ut Bald. Oldrad. Ias. Brunum & Cephal. assérere respondit Tiber. Decian. consil. 23. n. 35. vol. I. quia mutata forma, res ipsa mutata intelligitur: & consequenter etiam nomine recte mutatur, no. D. Vult. de F. lib. I. c. 8. n. 4.

96. Vnde

96. Vnde Hyppol. Riminaldus, Quoties ait, feudum ex novis conditionibus alteratur, etenus novum dicitur: at in reliquis non expressis, remanet antiquū vel paternum, quē refert & sequitur Mozz. de F. de divis. feudd. n. 55.

97. His ita de veteri & novo feudo explicatis, non male queri potest: Si novum feudum, ut vetus, seu antiquum, vel paternum alicui detur, Nach art vnd eigenschafft eius rechten alten Stammehens / an jure veteris, vel antiqui feudi possessum, naturam veteris, seu antiqui feudi induat: ita nimirum, quod non extantibus descendentiis, in collaterales devolvi possit?

98. Referre dicimus: An feudum Ecclesiasticum sit, an seculare.

99. Priori casu, feudum novum ab Episcopo, vel Abate, vel ab alio Prælato, pro veteri, seu antiquo datum, non habetur pro veteri, vel antiquo: quia Ecclesiarum Prelati, non possunt Ecclesie conditionem deteriorem facere. l. jubemus. 14. C. de Sacros. Eccles. &c. cum Apostolica, de his quæ sunt à prælat. no. Zaf. de F. p. 12. n. 45.

100. At posteriori casu Bald. Barbat. Præpos. Oldrad. & alijs, id pro veteri, vel antiquo feudo haberi negant, quos allegat Mozz. de F. de divis. feudd. n. 61.

101. Et hanc opinionem communem dicunt Ias. consil. 152. vol. 2. & Gabriel libr. 3. conclus. tit. de feudd. concl. I. num. 1. itaq; judicatum fuisse testatur Albericus in Lexico, in verb. novum, in fin.

102. Alij verò affirmant hoc feudum, ita concessum, ne ipsa quidem & origine novum manere: at paterni, sive antiqui feudi effectus consequi, quos allegant D. Vult. de F. libr. I. c. 8. n. 6. & Intrigol. de F. q. 24. n. 12. cum scqq.

103. Nos posteriorem sententiam sequimur. Hoc enim feudum, causa & origine revera est novum: Quia a va' allo de novo est acquisitum. Quia si quam de novo a Domino vasallo est concessum: Et ita in ipsius persona initium cepit.

104. At paterni seu antiqui feudi iura & effectus habet: Quia Domini & vasalli conventio talis fuit, ut antiqui seu paterni feudi vires assumeret.

105. Et propterea non male pro veteri seu paterno feudo habetur: Quia licuit Domino, rei sue, quam voluit, legem imponere, l. in re mandata. 21. C. Mand.

106. Ex quo hanc sententiam plures communem dicunt, quos ad lucit Dn Vult. de F. lib. 1. c. 8. n. 6. Et ab ea in iudicando non esse recendendum ad firmant Curt. Inn. de F. p. 1. q. 8. num. 8. & Frid. Schenck Limpurg. in Viridario conclus. 98. eamq. probant Mynsing. obser. cent. 4. c. 84. & Gail libr. 2. obs. c. 51.

107. At quid econtrario, Si vasillus de veteri seu paterno feudo, tanquam de novo investitur, annè hoc feudum naturam veteris seu paterni feudi amittit, & novi feudi naturam assumit?

108. Ita quidem nonnulli opinati sunt, ut Paul. de Castro conf. 159 nu. 2. vol. 2. Matth. de Afflict. decis. Napol. 112. Cephal. consil. 173. n. 9. & Tiraquell. de utrog. retractu. §. 32. gl. 1. n. 33.

109. Nobis autem contraria sententia verior esse videatur, per tex. lib. 2. tit. 14.

110. Non enim Dominus & vasillus agnatorum conditionem, qui in veteri seu antiquo feudo ius que situm habent sine ipsorum consensu, deteriorem facere possunt: Quia hic non de unius, sed de multorum iure agitur: Et quia factum

factum cuig. suum, non alijs obesse debet, l. factum cuig. 159. D. de R. I.

111. Et hanc sententiam secuti sunt Bald. Alvarot. Alex. and Dec. Socin jun. Rol. à Val. Zaf. & alijs quos enumerant Mozz. de F. de accidentalib. feud. num. 39. & Dn. Vult. de F. lib. 1. c. 8. n. 7.

112. Quod si tamen in alteratione feudi agnatorum consensus intervenit, omnino paternum feudum in novum mutari potest, lib. 2. F. tit. 45 & ibi Præpos. n. 2. item Gail. libr. 2. obs. c. 49. in fin. quia tum superior prohibitionis ratio cessat: & quia cuilibet jure suo renunciare licet, l. pen. C. de pact. & no. D. Vult. d. c. 8. n. 7.

113. Nec opus est, ut hic agnatorum consensus in ipso alterationis actu interveniat: sed postea ratificationem accedere sufficit sec. Mynsing. obs. cent. 4. c. 83.

114. Verum ex his quæjam dicta sunt, nova oritur questio: Annè in dubio feudum novum, vel antiquum, seu vetus præsumatur?

115. De hac questione varia atq. diversæ Doctorum sunt opiniones.

116. Alij. n. volunt, in dubio feudum præsumi novū, non vctus, seu paternum, quos allegant Mascard. de probat. concl. 771. n. 2. vers. contrarium vol. 2. Menoch. de præsumptionib. lib. 3. c. 93. n. 4. & Mozz. de F. de naturalib. feudd. n. 16.

117. At alijs antiquū potius, seu vetus, & non novum præsumi statuunt quos adducit Mascard. d. com. l. 771. in prin. & Menoch. d. c. 91. n. 1.

118. Nos autem pro conciliacione utriusq. sententia, diligenter videndum dicimus, An ne vasillus, vel an Dominus, vel an neuter feudum possideat.

119. Primo casu, si vasallus in feudi possessione reperitur, & Dominus, qui cum illo contendit, feendum novum esse dicit, presumendum videtur, feendum antiquum esse: quia pro possidente presumi solet, l. circa 14. D. de probation.

120. Itaq. Dominus probare tenetur, feendum esse novum: quia possessionem assalli Domino onus probandi imponit, d. l. circa: & quia ille qualitatem rei probare debet, qui in ea fundatum constituit, l. habebat. 13. D. de Institut. actio. no. Bald. libri. 2. F. tit. 26. & alijs plures quos allegat. Mascard. d. concl. 771. n. 6.

121. At secundo casu, si Dominus est in feudi possessione, & vasallus id antiquum esse controverit, omnino novum esse presumitur: quia pro possidente presumi solet, d. l. circa.

122. Ex quo propter ante dictas rationes vasallo onus probandi incumbit no. Alvarot. d. lib. 2. F. tit. 26. & alijs quos recitat Mascard. d. concl. 771. n. 7.

123. Non tamen idem, tam in primo, quam in secundo casu statuimus, si vasalli, vel domini possessio viciosa est: quia tum perinde est, ac si non posiderent: & consequenter non habet locum presumtio, qua ratione possessionis fieri solet, ut Curt. Sen. & Cravet. sentire refert Mozz. de F. de natura libris feud. n. 20.

124. Tertio vero casu, quo nec Dominus, nec vasallus est in possessione feudi, potius antiquum, quam novum presumitur, libr. 2. F. tit. 11. & no. 7 Velsenbec. de F. c. 2. num. 8. quia novum feendum pendet a constitutione & concessione nova: que cum sit facti, non presumitur: sed probari debet, l. assertio. 10. C. de non num. pecun.

125. Quod si tamen, hac presumtione omissa, Dominus, vel vasallus affirmet, feendum vel novum, vel antiquum c.

omni-

omnino affirmanti, & non neganti probatio incumber videtur: quia is qui dicit, & non qui negat probare debet, l. fristrà 8. & l. actor. 23. C. de probation. & no. Alvarot. lib. 2. F. tit. 11. §. ult. Et hoc de feudi distinctionibus ratione causa efficientis.

126. Ratione materiæ feendum in Ecclesiasticum, & seculare distingui potest.

127. Ecclesiasticum illud esse dicimus, quod in re Ecclesiastica est constitutum. Et in nostra lingua appellatur, Ein Lehen vom krummen Stab.

128. At seculare feendum vocamus, quod constitutum est in re profana.

129. Et ita Ecclesiasticum & seculare feendum, non ex personarum, sed ex rerum qualitate estimandum credimus, cum D. Vult. lib. 1. de F. c. 8. n. 19.

130. Clericus enim etiam seculare feendum dare, & accipere, & Laicus etiam feendum Ecclesiasticum constituere potest, libr. 2. F. tit. 35. tit. 40. §. ult. no. Schneid. de F. p. 3. n. 21. & D. Vult. d. c. 8. n. 19.

131. Vnde Gailius Prelatos, ratione temporalium Domiorum, quae ab Imperatore habent, Principes, vel Comites esse posse affirmat: & consequenter Cesarea Maiestati, instar secularium Principum, subjectos esse, libr. 1. observat. cap. 34. num. 4.

132. Et certè non solum ex historijs apparent, Imperatores, quamplurimos Archiepiscopatus, Episcopatus & Abbatias instituisse, & tanquam sua feuda personis Ecclesiasticis contulisse:

133. Sed etiam certum est, majora Ecclesiastica feuda, tam à Feudistis, quam ab alijs, Regalia nominari: que tamen

non nisi à Rege, vel ab Imperatore conferri solent libr. i. F. tit. 14. in pr. lib. 2. F. tit. 34. in pr. & consentiunt Otho Frisigen. lib. Chron. 7. c. 14. & 31. Radovic. lib. 2. c. 30. & Anton. Florentin. hist. p. 2. tit. .

134. Et propterea in appellatione Ecclesiastici, vel secularis feudi non est inspicienda persona constituentis, sed res, quae in feudum datur.

135. Si in persona inspiceretur facile feudum, quod est Ecclesiasticum, appellaretur secularis, & contraria quod est secularis, nominaretur Ecclesiasticum: Et hec de distinctione feudi ratione materiae.

136. Ratione formæ duobus modis feudum distingui potest: Primo in Ligium, & non Ligium.

137. Ligium volunt ab Italico verbo Liga appellatum sec. Kranz lib. Norimberga 4. c. 7. quia ita vasallum Domino obligat, ut eum arctius obligare non possit.

138. Hoc in feudum illud est, in quo vasallus contraria omnes, nullo anteposito seu excepto, fidelitate promittit lib. 2. F. t. 99. de Clem. Pastoralis. De sent. & re iud. et no. Alvarot. in prelud. feud. divis. 13. ite Isern. lib. 2. F. t. 7. ubi juramenta forma ponit.

139. In nostra lingua hoc esse dicimus, Da sibi der Lehen man wil gebrauchen lassen wider meniglichen / nie minder ausgeschlossen. n. no. Schneid. de Fp. i. n. 42.

140. Vnde Aeguin. Baro lib. 1. de benefic. c. 4. in prim. hoc feudum arctioris fiduci esse, vel sub arctiore fidelitatis, & obsec- quij conditione fieri dicit.

141. In hoc autem feudo duo requiruntur: unum à parte concedentis: alterum à parte recipientis.

142. A parte concedentis, ut is non recognoscatur Superio- rem no. Bald. in prelud. feud. n. 52. & Alvarot. in prelud. feud. d. divis. 13.

143. Huius

143. Huius generis sunt Imperator, Pontifex, Rex Gal- liae, vel Hispanie: quia non recognoscunt Superiorum.

144. Vnde Capiclus infert. Duxem Mantue, vel Ferrarie, non posse dare alicui feudum Ligium, quia Imperatorem pro Domino agnoscunt.

145. A parte vero accipientis requiritur, ut non reco- gnoscatur alium, nisi eum, à quo ligium feendum accepit.

146. Hoc n. feudum ita conceditur, ut alijs fidelitas non reservetur sec. Ias. in prelud. feud. n. 106. cum seq. & hoc omnes lib. 2. F. tit. 55. scribere affirmat Menoch. conf. 2. n. 25.

147. Huius generis sunt Duxes, Principes & Comites Im- perij: quia nullum alium Superiorum, quam Imperatorem, reco- gnoscunt.

148. Et propterea non male hi Ligii Imperatoris vasal- le, & also nomine homologii vocantur, de quo in Constit. Fri- derici de Ducatu Austria apud Cuspin. & no. Cuiac. libr. 4. F. tit. 53.

149. Non autem potest unus duorum esse homo ligius no. gl. in d. c. pastoralis §. rursus: quia in ligio feudo nemo ex- cipitur.

150. Et hoc adeò verum esse videtur, ut ne quidem respe- cit diversarum rerum, unus duorum homo Ligius esse pos- sit sec. Guid. Pap. decis. 213. n. 4.

151. Ex quo illorum opinionem improbamus, qui con- fitudine recipi posse arbitrantur, ut idem vasallus eodem tem- porc. duorum, vel plurium homo ligius esse queat sec. Guid. Pap. decis. 310. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5. n. 6. & Menoch. d. conf. 2. n. 26.

152. Nam eo ipso quod quis duorum homo Ligius fieri dicitur, desinit esse homo Ligius: quia hic ille tantum est,

est, qui altero non anteposito, vel excepto, fidelitatem promittit: Et haec de feudo ligio.

153. Non ligium feudū est, in quo vasallus Domino fidelitatem jurat, alio excepto.

154. In hoc enim feudo ita vasallus Domino fidelitatem debet, ut eandem alteri quoq; præstare posse.

155. Hujus generis sunt omnia feuda, qua ab ijs concessa sunt, qui Imperatorem, vel alium, pro Superiore agnoscunt.

156. In hoc autem non Ligio feudo, vasallus, qui contra quicunque, Domino fidelitatem promisit, contrā Imperatorem opem ferre non tenetur, no. Bald.lib.2.F.tit.55. §. præterea Ducatus: quia Imperator in omnijuramento exceptus intelligitur no. DD.d.tit.55.

157. Ex quo illorum opinionem rejicimus, qui Imperatorem Pontifici subyiciunt, & huic fidelitatem deberi volunt, lib.2.F.tit.100.

158. Si enim hoc admittitur, duo inde sequuntur absurdia: Vnum, feudum Ligium ab Imperatore verè non dari: quia hoc, non nisi ab eo, qui Superiore non recognoscit, dari solet:

159. Alterum, feudum Ligium à solo Pontifice constituti posse: quod & Interpretum doctrinis, & nostris moribus adversatur: Et haec de prima divisione respectu forma.

160. Deinde ratione formæ feudū ab Interpretibus, in hereditarium, & non hereditarium, seu, ut vulgo loquuntur, in feudum ex pacto & providentia, distingui solet: ut primi fecerunt Pileius & Bulgarus teste Ifern. libr. 1. F. tit.8. §. hoc quoq; quos plurimi secuti sunt, ut eos refert Hartm. Pistoris lib.2.q.p.1.q.1.n.1.

161. Hanc

161. Hanc distinctionem Interpretes ex investitur. irum formis sumunt.

162. Nam differre putant, Vtrum Heredibus, an verò Liberis, vel Filijs feendum concedatur.

163. Illud hereditarium, at hoc ex pacto & providentia appellant, de quo utroq; pauca agemus.

164. Et quidem appellationem feudi ex pacto & providentia: magistralē esse, dicit Ioan. Thom. de Marin. in tr. de generib. & qual. feud. n.1.

165. Ratio hujus appellationis est: quia non solum ex pacto acquirentis: sed etiam ex peculiari quadam concedentis providentia, & beneficio legis in descendentes transit sec. Andr. de Ifern. d. libr. 1. F. tit.8. §. hoc quoq; & Frecc. de F. lib.3. differ. 22.

166. Ex quo intelligitur, nomina ista, ex Pacto & Providentia, non solum certæ speciei, quæ feudo hereditario opponatur, convenire.

167. Sed generaliter & regulariter omnibus feudis, etiam hereditario feudo, accommodari posse: quia in genere & regulariter omnia feuda, beneficio Domini, & pacto vasalli acquisita censentur lib.1. F. tit.1. §. cum verò Cunradus, cum seq. & no. Camerar. libr.2. F. tit.55. §. præterea Ducatus.

168. In specie verò feudum ex pacto & providentia illud Interpretibus dicitur, quod nulla heredum mentione facta, ita alicui conceditur, ut ex beneficio concedentis, non hereditario, sed feudali & sanguinis jure, ad descentes perveniat sec. Ifern. d. lib. 2. F. tit.39.

169. Et hoc feudum sequentibus formulis conceditur, nempe, Titio, & eius liberis, sive filiis, concedimus pagum Northemianum in feudum:

D

170. Titio,

170. Titio, & eius descendantibus concedimus N. in feudum:

171. Titio, & eius familiae, seu postcris, concedimus N. in feudum:

172. Titio, & eius proli, concedimus N. in feudum.

173. Titio, & omni eius generationi concedimus N. in feudum:

174. Titio, atque suis, concedimus N. in feudum.

175. Omnes enim ha formula, feendum ex pacto & providentia Interpretibus denotant, ut multis auctoritatibus probant D. Hartm. Pistor d.lib.2.q.p.1.q.1.n.16. cum seqq. & D. Vult. lib.1. de F.c.8.n.28.

176. Quod si tamen ex circumstantijs diversum colligi potest, tum non ex formula investiture, sed ex circumstantijs feendum estimandum volunt no. Dn. Vult. d. c.8.n.28. cir. fin.

177. Huius autem generis circumstantia est, si feendum sit emptum.

178. Et si enim in hoc feando in formula investitura nulla heredum sit facta mentio: nihilominus pro hereditario habetur: quia talis est feudi empti natura, ut multis auctoritatibus adductis respondit Burfat. consil. 4. num. 15. & 16.

179. Sic etiam huius generis illa circumstantia est, Si feendum alicui pro se & filiis ob bene merita concessum sit.

180. Hoc enim feundū pro empto habetur: quia benemerita sunt loco precij ut responderunt Natta consil. 674. n.14.vol.4. & Menoch. consil. 309 n.19.vol.4. quos sequitur Dn. Vult. n.28. cir. fin.

181. Hac

181. Hec tamen posterior circumstantia, ex recepta Germaniae consuetudine non attenditur.

182. In omnibus enim investituris dicitur, feendum ob benemerita accipientis dari: non tamen ideo hoc feendum pro hereditario habetur no. D. Vult. d. n.28. in fin.

183. Effectus huic feudi ex pacto & providentia est: Ut illius successores, non ab ultimo defuncto, sed potius ex pacto, cum primo acquirente inito, id obtinere intelligantur sec. Isern. libr. 2. F. titul. 8. §. quid ergo & titul. 55. §. præterea Ducatus.

184. Et hoc adeò verum est, ut succedens in hoc feudo, id ex pacto, in prima investitura interposito, jure proprio obtinere, magisq. feendum antè quæsum capere, quam de novo acquirere censeatur no. gl. & UD.lib.1. F. tit. 1. Et hac de feudo ex pacto & providentia.

185. Vocabulum Hereditarium varie accipitur.

186. Primo enim hereditarium dicitur, ad differentiam personalis alicuius concessionis, que ad nullum successorem transit:

187. Deinde quod à communiparente, successionis jure, sine tam hereditaria qualitate, ad descendentes devolvitur.

188. Et hoc utroq. modo, omnia feuda hereditaria vocari possunt, ut explicat D. Hartm. Pistor d.lib.2.q.p.1.q.1.n.31. usq. ad num 37.

189. As tertio hereditarium feendum appellatur, quod ex verbis, in investitura usurpatis, hereditarium qualitatem induit no. D. Pistor d.q.1.n.37.

190. Et hoc rursus, ex mente Interpp. non est unius generis sed in duas species dividitur.

191. Nam quandoq. feendum hereditarium, propter verba

investitura, non solum ad masculos, prout natura feudi exigit, sed instar aliarum rerum hereditariarum, ad omnes etiam extraneos heredes, qualescunq; illi fuerint, hereditario jure transmittitur.

192. Veluti si in investitura dicatur, Titio, & heredibus eius quibuscumque, pagum Northeimianum in feudum concedo, de qua forma agit Bald. in l. cum virum 16. n. 21. C. de fideicommiss.

193. Hac enim generalia verba, heredibus quibuscumque, eam vim habent, ut feudum ad omnes & quoscumque heredes pertineat, sicut plurimi affirmant quos allegat D. Pistor. d. q. i. n. 39.

194. Eandem vim multi etiam huius formulæ esse dicunt: Titio & heredibus eius, & quibus dederit, pagum Hircanum in feudum concedo, ut Afflict. Rebuff. Bald. Ripam, Alexand. Rube. Paris. & Roland. à Valle statuere dicit D. Vult. lib. 1. de F. c. 8. n. 10.

195. Et hoc feudum Marian. Socin. Cravet. Iul. Clar. & alij, merè, vel absolute hereditarium appellant no. D. Pistor. d. quest. 1. num. 40. quia in omnibus & per omnia censetur jure rerum hereditariarum: præsertim in successionibus & alienationibus, qua in ultimis voluntatibus fiunt no. Dn. Vult. d. c. 8. n. 30.

196. Quandog; vero (qua est altera feudi hereditarij species) tantum herendum sit mentio, sine alia adjectione.

197. Veluti si in investitura dicatur. Titio & eius heredibus pagum Northeimianum in feudum concedo: & ut nos loquimur: Dem Titio vnd seinen Lehenserben gib ich das Dorff Northeim zu Lehen: de qua specie Interpret

pretes intelligendos; quoties de hereditario feudo loquuntur, asserit L. Pistor. d. q. i. n. 41. & 44.

198. Et licet sint qui putant, ex eo quod in investitura asseritur, Feudum alicui & eius heredibus concessum, non ideo feudum hereditarium, seu novam speciem, ab alijs feudis separatam, constitui: sed vocabulum heredibus, secundum jus feudorum eam vim habere, ac si de filijs actum esset: & ita hoc feudum ex pacto & providentia esse, quorum mentionem faciunt D. Pistor. d. q. i. n. 42. & 43. & Dn. Vult. lib. 1. F. c. 8. n. 30. ver. ita enim nonnulli:

199. Tamen contrariam opinionem communem esse, idem D. Pistor. d. q. i. n. 44. & Dn. Vult. d. c. 8. n. 30. ver. alijs contraregantibus, affirmant.

200. Priorem tamen sententiam ex Germania consuetudine receptam, & in Theoria juris feudalis veriorem dicit Gail. lib. 2. obf. c. 154. n. 20. & D. Vult. d. n. 30.

201. Vnde cum utraq; pars non levibus argumentis suam opinionem stabiliret: nonnulli utramq; opinionem conjunxerunt, & hanc speciem, mixtum hereditarium feudum, appellauit, quos allegant D. Pistor. d. q. i. n. 47. & D. Vult. d. c. 8. n. 30. ver. utrinq; huius sententia.

202. Verum recte Pistoris statuit, nihil in eo laborandum, utrum hoc feudum mixtum an simpliciter hereditarium appelletur: modo concedatur, ea tantum de causa hoc feudum mixtum hereditarium nominari, quod non perinde, ut merè & absolute hereditarium, ad extraneos heredes transeat: ut in reliquis hereditarij feudi naturam retineat, no. D. Pistor. d. q. i. num. 47. & 48. & Dn. Vult. d. c. 8. num. 30. cir. fin.

203. Et hanc alteram feudi hereditarij speciem, nonnulli eatenus

203. Atque hereditariam censent, ut quis non tam in feudo, quam in ceteris allodialibus bonis heres esse cogatur: interim vero qualitas illa hereditaria, ipsum feendum nihil afficiat: adeo ut propriam suam naturam retineat, & secundum eam judicandum sit, ut senserunt Ba'd. Alex. Conn. Decius, Paris. Marianus Socin. Molinae. & Hippolytus Riminald. test. Pistor. d. q. 1. n. 49.

204. At alij ex illo verbo, Heredibus, eatenus hoc feendum hereditarium fieri putant, ut immutata primi feudi natura non hereditaria, fiat hereditaria: adeo ut ipsum feendum pro re hereditaria habeatur, inq. eo heres jure hereditario succedat, in qua sententia fuerunt Iac. de Belviso, And. de Isern. Barthol. Matth. de Afflict. Præpos. Alexand. Iason, Curt. Jun. Campeg Brun. Loffred. & alij, quos recenset D. Pistor. d. q. 1. n. 57. & 58.

205. Et hanc posteriorem sententiam si Interpretum doctrinas sequimur, veriorem, & priori in foro preferendam esse affirmat & probat D. Pistor. d. q. 1. n. 82. cum seqq. Et hac de altera hereditarij feudi specie.

206. Verum in investitura non tantum heredum, sed etiam filiorum quandoq. sit mentio: veluti, Titio & eius filiis, atque heredibus, pagum Kirchemianum in feendum concedo.

207. Hac forma quia à precedentibus duabus formis differre videtur: ideo variae de ea sunt Interpp. opinions.

208. Nam alij volunt hac forma tertiam hereditarij feudi speciem constitui, quam feendum hereditarium mixtum vocant, quos enumerat Dn. Pistor. d. libr. 2. quæst. p. 1. q. 3. num. 18. & Dn. Vult. de F. libr. 1. c. 8. num. 31. vers. alij cum omnem.

209. At

209. At alij hac forma novam hereditary feudi specimen introduci negant.

210. Et horum alij opinantur, hac forma feendum ex pacto & providentia designari, quos recensent D. Pistor. d. q. 3. n. 1. & D. Vult. d. c. 8. n. 31. vers. sunt qui existimant.

211. Alij vero hac forma feendum hereditarium describi arbitrantur, quos allegant D. Pistor. d. q. 3. n. 17. & Dn. Vult. d. c. 8. n. 31. vers. alij vero hoc feendum.

212. Nos in hac opinionum diversitate, illorum sententiam cum D. Pistor. d. q. 3. n. 22. sequendam dicimus, qui ex his forma novam speciem introduci, vel feendum ex pacto & providentia, constitui, negant.

213. Revera enim hac forma nihil aliud quam feendum hereditarium exprimitur, atq. constituitur, ut multis confirmat D. Pistor. d. q. 3. n. 22. cum seqq.

214. Et quamvis Interpretes non parum inter se contendant, Si feendum alicui concessum sit, pro se & heredibus masculis, vel pro se, heredibus, & successoribus masculis, vel pro se, atque heredibus masculis & foemini, vel pro se, & heredibus legitimis, vel pro se, & heredibus ex corpore legitime descendentibus, vel deniq. pro se, & heredibus utriusque sexus, an his formulis feendum ex pacto & providentia, an vero hereditarium designatur, ut multis auctoritatibus ostendit D. Vult. d. c. 8. n. 31. §. it. 1. etiam controvertitur.

215. Tamen si fundamenta & rationes Dn. Pistoris d. q. cest. 3. num. 22. cum seqq. consideramus: omnino statuimus, omnibus hisce formulis feendum hereditarium notari atq. exprimi.

216. At quid si in investitura predictarum vocum nulla expressa

expressa fiat mentio, sed tantum dicatur, Titio pagum
Northeimianum in feudum concedo?

217. Hoc feudum Clar. in commun. sentent. §. feudum
q. 9. n. 6. à nonnullis in forme appellari dicit.

218. Et nobis hac quæstio, cum illa convenire videtur.
An in dubio feudum ex pacto & providentia, an vero
hereditarium presumendum sit?

219. Cum enim simpliciter Titij fiat mentio, nec certa
feudi qualitas, vel aliqua circumstantia, ex qua conjectura
sumi possit, exprimatur: planè dubium est, quale sit hoc
feudum.

220. Iam autem nonnulli in dubio feudum hereditarium
presumendum putant, quos allegat Menoch. de presumtion.
lib. 3. c. 94. n. 1.

221. Hi enim dicunt feudum in hereditatis petitionem
venire: & in dubio quemlibet sibi & suis heredibus prospexisse
censeri.

222. At alij in dubio feudum potius ex pacto & provi-
dentia presumendum existimant, quos enumerant Me-
noch. d. c. 94. num. 7. & Dn. Vult. d. c. 8. num. 33. §. maluerunt
igitur alij.

223. Nos priore opinione repudiata, hanc posteriorem
sententiam probamus.

224. Nam in dubio id quod est ex natura rei, & non
quod est ex singulari conventione presumitur. At esse feu-
dum ex pacto & providentia, est ex natura feudi: sicut econ-
tra. esse hereditarium, est ex singulari conventione.

225. Sic etiam in dubio contrahentes videntur se di-
positioni juris communis conformare. At jus feudorum
qualitatem hereditarium non agnoscit, sed tantum jus san-

guinis

guinis no. Affuet. in prelud. feud. n. 97. & Osascus decif. 161.
n. 5. cum seqq.

226. Non autem admitti potest, feudum sua natura in
petitionem hereditatis venire: sed potius contrarium affir-
mari debet.

227. Non etiam Semper, sed tantum plerumq; presu-
mitur, quemlibet sibi & suis heredibus prospicere: si nimis id
subjecta materia patitur no. D. Vult. d. c. 8. n. 33. vers. sed hanc
opinionem.

228. Ex quo Thom. de Marinis hanc presumptionem re-
spectu animi acquirentis, at non respectu animi concedentis
locum habere dixit in tr. feud. tit. de feudo ex pacto & pro-
vid. n. 55. Hic enim feuda juxta suam naturam alicui dedisse
intelligitur.

229. Et ita huc usq; hanc secundam ratione formæ di-
stinctionem ex mente Interpretum cum D. Pistore explica-
vimus. & que nam in vario opinionum conflicitu sententiae
probabiliores judicande sint, ostendimus.

230. At si remotis Interpretum auctoritatibus & do-
ctrinis de hac distributione agendum est: aperte & simpli-
citer affirmamus, jam explicatam feudi distinctionem ex
jure feudali non probari, sed à Pileo & Bulgaro excogita-
tam esse.

231. Indcum Dn. Pistore assertimus, hanc distinctionem
non solant jure feudorum ignorantesse, sed multis probabili-
bus argumentis tam ex jure feudorum, quam aliunde de-
sumptis, improbari posse, ut egregie declarat D. Pistor. s. p.
d. quæst. 1. num. 99. cum seqq. Et hec de feudo proprio & eius
speciebus.

E DE

DE IMPROPRIIO, VEL NON
recto feudo, & eius specie-
bus:

CAPUT SEXTUM.

232. In precedenti capite, de feudo proprio & eius specie-
bus egimus: iam hoc capite de impropio agemus.

233. Hoc enim instituta generalis divisio feudi exigit:
quia uno eius membro explicato, etiam alterum explicari de-
bet, ut tota cō melius intelligi possit.

234. Et quidem impro prium feudum, vel feudum non
rectum, illud esse dicimus, quod non per omnia propriam feu-
di naturam, vel communem feudi rationem sequitur: sed
aliqua sui parte ab ea recedit.

235. Si enim propria feudorum natura non planè respon-
det, impro prium feudum esse, & à proprio degenerare dici-
tur no. VI esenb. de F.c.2.n.10.

236. Qua de causa impropria feuda, etiam degenerantia
vocantur, no. VV esenb. d.n.10.

237. Receditur autem à propria feudi natura duobus mo-
dis, jure scilicet, & pacto no. D. Vult. lib. 1. de F.n.38.

238. Iure receditur, si propria feudi natura, qua commu-
ni feudi jure constituta est, rursus alio feudal iure singulari-
ter mutatur.

239. Et hoc sit in feudo Camera, & in feudo Cavena li-
bro 2. F.tit. 1. §. ult.

240. In utroq; enim à propria feudi natura receditur:
non quidem conventione hominum; sed juris feudalis dispo-
sitione.

241. Cameram DD. ararium Domini, & Cavenam, Do-
mini

mini cellarium, horreum, vel penuarium interpretantur in
d. tit. 1. §. ult. & no. Zaf. de F.p. 4. n. 8.

242. Vnde feudum de Camera, est jus percipiendi pecu-
niam, de Camera, seu arario Domini.

243. Et feudum Cavena, est jus percipiendi annonas, ex
cella, vel horreo Domini.

244. Utrumq; hoc feudum, etiam feudum in Curte ap-
pellatur lib. 1. F.tit. 5. §. pen. quia utrumq; ex Curte, h.e. ex do-
mo, vel Curia Domini percipitur.

245. Utrumq; vero rursus, in officiosum, & non officio-
sum distingui potest.

246. Officium vocamus, in quo, ratione officij alicuius,
vasallo ex Camera, vel Cavena Domini, merces aliqua pra-
statur.

247. Et hoc officium, vel est nominatum, vel in nominatum.

248. Nominatum officium dicimus, quod in jure feudo-
rum certum & expressum nomen habet.

249. Huius generis est feudum Guardie, & feudum Ca-
staldie no. D. Vult. de F.lib. 1. c. 8. n. 17.

250. Feudum Guardie Ardizoni libr. 2. F.tit. 81. pro vi-
ce Dominicaria appellari videtur, no. Dn. Vult. d. cap. 8.
num. 17.

251. Et est quod alicui arcis tuenda vel territorij custo-
dientia gratia conceditur no. DD. lib. 1. F.tit. 2.

252. Guardia enim custodiam significat: & fortè à Ger-
manico verbo Bewahren descendit.

253. At feudum Castaldie pro vice vikariorum nomina-
ri videtur d. lib. 2. F.tit. 81.

254. Et est quod alicui pro administratione bonorum
conceditur.

255. Castaldia enim rerum gubernationem, & Castaldus rerum gubernatorem significat: cum nimirum qui non sit absimilis Oeconomo, Procuratori, & Actori possessionum, quorum fit mentio in l. iubemus 14. C. de Sacros. Eccl. s. & l. ult. C. Quod cum eo qui in aliena potest.

256. Vnde Schraderus feudum Castaldie esse dicit, quod illi, quires, vel negotia alicuius gerit, vel procurat, pro cura atq. sollicitudine eius conceditur sec. gl. & DD. libr. I. F. tit. 2. Et hec de nominato officia.

257. Innominatum officium dicimus, quod certo nomine jure feudorum non est insignitum.

258. Huius generis est feudum mercedis no. Dn. Vult. de F. libr. I. cap. 8. num. 17. §. innominatum, nempe illud feudum quod alicui pro mercede alicuius rei tribuitur, d. libr. I. F. titul. 2. in princip. quale esse dicitur feudum, quod Advocatiae vel defensionis nomine alicui datur sec. Cuiac. libr. I. F. tit. 1.

259. Vnde Schrader. de F. p. 2. c. 4. num. 23 ex sententia Alvaroti, Prepos. Iason. Feudum Advocatiae esse dicit, quod Dux, Comes, vel Episcopus, vel alius Dominus, alicui, pro patronicio, vel consilio, quod eius prefiat, concedit.

260. At hodie feudum Advocatiae apud nos frequens est: & initium cepisse videtur ab Ecclesiis: quae hoc inter dum nobilibus, inter dum Comitibus, vel Principibus, defensionis nomine contulerunt.

261. Qua de causa multi hodie, multorum monasteriorum, multarumq. Imperialium civitatum. Advocati, seu Protectores dicuntur, Schutz oder Schirmherren.

262. Hec autem Guardiae, Castaldia & mercedis feuda,
qua

que alicui pro officij mercede dantur, annua sunt libr. I. F. tit. 11. in fin. ubi no. DD.

263. Et ideo annalia feuda nominantur: quia sicut annis vicibus annona reddit: ita ha functiones, quae servanda, vel procuranda annona causa mandantur, quotannis resumuntur.

264. Et si Dominus anno finito, eos, qui talia feuda acceperunt, diutius possidere patitur, exemplo precarij, tacite ha functiones resumptae intelliguntur no. Cuiac. d. libr. I. F. tit. I. §. item illud quod datur.

265. Nec prohibetur Dominus, qui pro feudo accepit aliquid, anno transacto, id sine precij restituzione revocare libr. I. F. titul. 2. quia precio illo, eius tantum anni redditus emptus videtur nov. Cuiac. in d. §. item illud quod datur.

266. Quod sitamen convenit, ut ultrà anni spaciū, certato determinato tempore, vasallū ea feuda retinerent: id quod pactum est servari debet d. lib. I. F. tit. 2.

267. Nihil enim tam congruum fidei humanae, quam ea, quae inter aliquos placuerunt, servare l. i. in pr. D. de pact. Et semper ex conventione partium contractus legem accipiunt l. i. §. si convenit. D. deposit.

268. Itaq., ante determinati temporis lapsum, Dominus haec feuda revocare nequit arg. l. 3. C. de locat.

269. Quod si tamen justa quedam indignatio, aut legitima causa revocationem suadeat, eam admittendum putamus.

270. Quid enim si vasalli officijs suis non fungantur? Certè quin tum ys feuda auferri possint, non dubitamus: quia feuda, seu beneficia, propter officia illis data fuerunt no.

Bald. Abuarot. Prapos. & Frid. Baro Limpurg. d.lib. i. F. tit. 2.
Et hæc de feudo officioso.

271. Non officiosum feudum appellamus, quod alicui gratis, sine officij onere, conceditur.

272. Huius generos est feudum Soldate, & feudum habitationis.

273. Feudum Soldate Obertus de Orte à solidis denominated putat lib. 2. F. tit. 10. in fin.

274. At forte à Germanico verbo, Sold quod stipendum significat, deduci potest. Vnde Germanis Soldaten dicuntur milites, qui stipendia accipiunt.

275. Et hoc feudum Obertus de Orte dicit esse præstationem quandam annuam, gratuitam, in solidorum donatione plerumq; consistentem d.lib. i. F. tit. 10 in fin.

276. Dicitur præstatio gratuita: quia ex mera dantis gratia proficitur.

277. Dicitur annua: quia singulis annis prestari solet.

278. Neg, tamen vel ex parte Domini, vel ex parte vasalli ad heredes transmittitur: quia morte dantis & accipitris finitur d. tit. 10. in fin.

279. Et hoc feudum ab Interpretibus personalissimum vocatur no. Schneidenvv. de F. p. i. num. 51. & Intrigol. de F. quest. 35.

280. Dicitur tandem plerumq;: quia non semper in solidis, seu numerata pecunia: sed quandoq; etiam in vino & ampona consistit d. tit. 10 in fin.

281. Et tale Soldate feudum, adhuc hodie à Principibus, Comitibus, & alijs Magnatibus, bene meritis Senibus, & Nobilibus, Fortuna & calamitate ad inopiam redactis, dari solet, no. Frid. Baro Limpurg. d. tit. 10. in fi. Et hæc de feudo Soldate.

282. Feu-

282. Feudum habitationis est præstatio gratuita, cuius vi, donum, vel arcem aliquam, vasallus inhabitare potest, lib. 2. F. tit. 75. & tit. 105. ubi not.

283. Et hoc feudum, nisi aliud specialiter cantum sit, morte accipientis finitur, d.lib. 2. F. tit. 105.

284. Ex quo ab Interpret. personale dicitur: quia ad heredes dantis, non etiam accipientis transit, sec. Ias. in prælud. feudd. n. 50. & Thom. de Marin. de generib. & qualit. feudd. tit. 22. n. 2. Accipientis n. morte finitur, d. tit. 105. Et hæc de feudi, in quibus à propria feudi natura jure receditur.

285. Pacto à propria feudi natura receditur, si inter Dominum & vasallum convenit, ut in una vel altera re communis & propria feudi natura alteretur.

286. Hac enim propria feudi natura pacto alterari potest quia non est substantia, sed qualitas quadam feudi, dispositione juris feudalis constituta.

287. Sic etiam videmus, omnes & singulos contractus, suam certam habere naturam, à qua cognoscantur, & à se invicem distinguantur: & hanc non ex pacto hominum, sed civilis juris dispositione constitui.

288. Veluti in emptione venditione, naturale est, ne dominum in emptorem transeat, precio non soluto §. vendite Inst. de rer. divis.

289. Potest tamen conventione hominum aliter disponi: manente nihilominus contractu emptionis.

290. Sic quo, naturale est homini liberos, habere. At licet non habeat liberos, nihilominus est homo, no. Continus de F. de divisione feudd.

291. Eodem modo multa sunt feudi naturalia, certo feudorum jure introducta: qua si immutata manent, feudum

feudum est, & dicitur proprium: quia propria eius natura
salva peristit.

292. Quod si verò in uno, vel altero, naturalia feudi mu-
tantur: toties feudum impro prium constituitur.

293. Et huius generis primò est feudum fæmina conces-
sum, vel in quo convenit, ut fæminæ succedant.

294. Fæminæ enim ex propria feudi natura non suc-
cident libr. 2 F. tit. 23, circà fin. & titul 30. at bene ex pacto d.
tit. 23. cir. fin.

295. Deinde huius generis est feudum, quod ea lege, eo g.
pacto alicui datum est: Ut ipse habeat, & sui heredes, &
quibus ipse dederit, lib. 2. F. tit. 48.

296. Hoc enim feudum quo cung. modo sine consensu Do-
mini, vasallus alienare potest d. tit. 48 id quod propriae feudi
natura repugnat, d. lib. 2. F. tit. 39. 52. & 55.

297. Tertiò huius generis est feudum emtum, quod ni-
mirum precio interveniente comparatur: quia non ex mera
benevolentia proficiuntur libr. 2. tit. 23 §. ult. nec amore &
honore Domini. ut feudum proprium, sed interv entu pecu-
niæ acquiritur lib. 1. F. tit. 14.

298. Quartò huius generis est feudum pignoratum, quod
nos Ein Pfand, hen vocamus: quia similiter non gra-
tuitò sed interv entu pecunia conceditur.

299. Hoc enim feudum illud esse dicitur, quando Domi-
nus, qui alium de feudo investit, in investitura fatetur, se
vasallo hoc feudum pro certa pecunia sumera dedisse, ea con-
ditione, ut sibi liberum sit, pecunia restituta id recipere no.
Zaf de F.p. 12. n. 23. & 24. quem refert & sequitur Schrader.
de F.p. 2. c. 4. n. 57.

300. Quin-

300. Quintò huius generis est feudum, cuius nomine
vasallus Domino certam annuam pensionem solvit: quia
de proprio feudo servitia, non annua pensiones præstan-
tur nov. Thom. Marin. de generibus feudd. titul. 19.
num. I.

301. Sextò huius generis est feudum, sine investitura
constitutum: quando nimirum vasallus corporalem rei feu-
dalis possessionem, voluntate Domini, citrà aliam solennita-
tem, occupat no. Zaf. d. p. 12. n. 38. Moz. de divisi feud. n. 37.
& 77. & D. Vult. de F. lib. 1. c. 8. n. 41.

302. Propria enim feudi natura veram investitaram re-
quirit lib. 2. F. tit. 6. ubi not.

303. Septimò huius generis feudum est, in quo fidelitatis
juramentum remittitur no. Zaf. d. p. 12. n. 34. & Schrader. d.
p. 2. c. 4. n. 18.

304. Ex propria enim feudi natura juramentum inter-
venire debet no. Curt. jun. de F. p. 1. q. 6. n. 7.

305. Octavò huius generis est, si in feudi concessione pa-
ctum intervenit, ut certum & determinatum aliquod officia
præstetur: quia ex propria feudi natura incerta officia
præstari solent, libr. 2. F. tit. 23. §. ult. tit. 24. §. sed non est alia
justior, & tit. 28 §. adhac quantocung.

306. Et tale feudum videtur esse feudum Castrense, quod
nos Burgflehen vocamus: quod nimirum eo pacto vasallus
Domino concedit, ut is, ratione huius, ad defensionem castri
alicuius sit obligatus no. Ferrar. Montan. de F. lib. 1. c. 6. quem
sequitur Schrad. d. p. 2. c. 4. n. 17.

307. Sic etiam tale esse videtur feudum aulicum, quod
nos Hostflehen nominamus: quando scilicet Imperator, Dux,
vel Comes, aliquem de feudo, eo pacto investit, ut in aula sua
muncre

munere Dapiferi, Pincerne, Prefecti aula fungatur, de quo
Schrader. de F.d.p.2. c.4.n.54.

308. Tandem huius generis est feudum, in quo convenit,
ut nullum planè servitium præstetur, quod Francum appellant no. Bald. & Ias. in prælud. feudd. divis. 8. Alvarot. 2. divis.
& Schrader. d.p.2.c.4.n.6.

309. Ex propria enim feudi natura servitia præstanda
sunt, d.lib.2.F.tit.23. in fin.

310. Coronidis loco addimus, Omnia & singula impro-
pria feuda, in ijs tantum propriam feudi naturam non se-
qui, in quibus ea expreßè mutata est: in reli-
quis verò eam retinere, ut no. DD.
d.lib.2.F.tit.48.

F I N I S.

Dn:

Dn:

M. VALENTINO STEIN-
MEZIO, HOMINI ERVDITO,
ll. perito, amico mellito.

P Osse ita juridicos, Steinmezi, solvere nodos,
Et regere eloquio diffona sensa suo;
Docti est ingenij, quod nec torpere veterno,
Nec solet Aonias spernere delicias.
Telaudo testem, ne dicam reliqua, nosti,
Quanta sit hoc ausu fama parata tuo.
Publica cum doctis tibi sunt certamina Musis,
Eccur non etiam publicus exstet honos?
Aude, Steinmezi, audentes Fortuna juvare
Prompta est, & dignis condecorare bonis.

Iannes Hoenstenius
Fr: P. L.